



ÖRTÉNETI APOK.



FELELŐS SZERKESZTŐ
K. PAPP MIKLÓS.

Megjelenik minden vasárnap. — Előfizetési ár: Félévre 6 f. Egész évre 12. f. — Szerkesztőségi iroda:
Lyceumi nyomda. — Kiadó hivatal: Gr. Teleki Domokos ház nagypiacz.

SZENCZI MOLNÁR ALBERT NAPLÓJA.

(Folytatás.)

1595.

Argentinae in Coll. Wil. hunc annum inchoavi, gratias agens Deo pro clementi defensione anni praeteriti et orans ut praesentem quoque fortunare velit, et meorum studiorum felix incrementum largiatur. Lectionem Prophetiae Esdrae finivimus et incepimus proverbialia Salomonis.

22. April. promotus sum ad publicas lectiones Rectore Joanne Pappa Theol. Doctore.

12. Cal. Junij. Baccalaureus creatus a Cl. Magistro Melchioro Junio Decano Academiae.

25. Decembr. in ipso die nativitatis Christi in pago Büschweiler in Ecclesia orthodoxa summi coenam Domini, unde eodem die reversus laete viando celebraui festum nativitatis Christi.

1596.

Hunc annum domini N. Jesu Christi sic inchoavi: Mane surgens flexis genibus egi gratias quod per praeteritum annum me clementer custodivit ab omni malo, multis beneficijs cumulavit: eundem toto pectore oravi ut novum annum mihi prosperet; laboribus meis benedicat, cor meum purificet, Paulum Szimai cui in patriam literas dederam laeto cum nuncio reducat. Postea inuitatus sum ad prandium à pientissima Matrōna castissima conjugē Jacobi Kugleri, viri

integerrimi Notarij publici et Senatōrij, matre dilecti mei amici Davidis Kugleri, quae pia foemina cum insigni strēna me dimisit.

Mense Februario laboravi morbo arquato vel regio: ferē per 6. 7-manas.

30. Majj. ☉ in Büschweiler celebravi coenam dominicam cum multis pijs Argentinēnsibus, die Pentecostes.

8. die Junij à 3-bus visitatoribus propter religionem accersitus et quare zu Büschweiler usus coena domini examinatus: Quibus, laus viventis Deo, nihil inconsiderate respondi.

Illi fuerunt Kreiner, Spachius, Jos. Langius. Qui mihi paulo post a Consule exilium impetrant.

13. Julij ♂ die praecationis majoris; Schallerus pro concione explicans Psal. 120 graviter invehitur in suos adversarios, cum et Calvinistas taxare aggreditur, templum fulmine percutitur, fulmen igneum fornicem templi perforat, volitat, homines terrēt, Pastor Calvinistas (ut vocant) reliquit, populum sedat, ne excurrant: pastores flexis genibus orant: ego domi rem meam colligō iter parans et futuro exilio me adoptans.

17. Julij excurri ad meum pientissimum patronum Anastasium Gothfredi pastorē gen Büschweiler, et post tridium instructus commendatione redij ad Argentinenses fratres, qui honorifico viatico me ornarunt. Quorum pecunia longam suscepi peregrinationem.

Peregrinatio mea Helvetica et Italica.

21. Julij ♀ hora 12. Argentina discedo; comitantibus amicis dilectis Martino Hoggaeo Transylvano, Antonio Fabro Collegij Wil-

helmitici Paedagogo: cum alijs quoque Collegii correctoribus.

22. Veni Berfeld, Schletsat, Bergen.

23. ♀ Reichenweiler, Keysersberg Colmariam, ubi Ludimagister Georgius Dek excepit liberaliter, sequenti die mecum accessit orthodoxum pastorem Christianum Sacrinum, qui me filio suo mag. Basilee Diacono commendavit: hic me.

25. ☉ Basileae laute excepit, finito prandio ad D. Grynaeum et Amandum Polanum duxit, qui me humanissime exceperunt per 5 dies hospitium et victum in Collegio superiore mihi praebuerunt et discedentem viatico ornarunt.

30. Julij exivi Basilea.

21. † veni Tigurum. 1. Augusti ☉ die duas audiui conciones Tiguri. Per triduum audiui Mareum Beumlerum logicam profitentem.

5. die Augusti †, idem habuit publicam disputationem de Christi secundum ordinem Molchisedek, Sacerdotio, (respondente quodam Polono). Hic reverendus praeses mihi quoque aliquod in medium proferens honorifice locum obtulit in gravissima studiosorum et Ministrorum corona: cui gratias egi et rationes meas protuli.

Finita disputatione a Reverendis D. Ministris et professoribus invitator ad prandia: verum quia primus me alloquutus est Dominus Joan. Steiner, ipsius prandium adivi.

Finito prandio cum ejus filio Magistro Steiner Juniore Huldricum Zwinglium accessi et salutavi. Postea accessi D. Stokkium et Mark. Beumlerum, ad quos venire jussus eram, qui me cum benedictione et duobus Taleris viatico dimittunt.

Hinc redeo in meum hospitium ad insignis infantis: ibi forte convivantes reperio Dominos ministros D. Birtlinum D. Korneum, et typographum Froschaweri successorem cum alijs nobilibus Tigurinis, qui meas rationes in disputatione prolatas repetentes eas probant et mihi fausta omnia precantur, et singuli honorario ornant, et sic laetus Tiguro discedo. Eodem die 5. Augusti †. Mellingham catholicum oppidum pernocto.

6. die Augusti Lendeburg, Langenthal, Morgenthal. ibi faber quidam ferrarius me

alloquitur, me de itinere Bernensi instituit, et cognatum suum Bernensium stipendiarium studiosum honeste per me salutatur, qui mihi Bernae magnum pietatis praestitit officium.

7. Augusti † veni Bernam. Sequenti die Solis contioni interfui et examini Cathetico, quod habuit D. Hibner.

8. Augusti. ☾ a Domino Hibnero Silesio Ministro Ecclesiae ductus sum ad nuptias dominorum Musculorum, qui tum forte cognatam locarunt studioso cuidam in pago ministro. Ubi salutavi duos insignes verbi Ministros in territorio Bernensi filios magni Wolfgangi Musculi Dusani, ejusque nepotem Wolfhg. Musculum Junioem Abrahami filium, qui me omnes honorifice exceperunt, et honorario ornarunt. (Sed ante prandium nuptiale dominus Hibner introduxit me in Bibliothecam ejus Gymnasij, ubi praeclaros libros vidi). In mensa mihi assidebat ad sinistram Wolph. Musculus, ad dextram D. Fregue, duo Habenreuter et alij. Ubi Wolphg. Musculus bone Deus quam lepidas facetias saepe protulit et me multis modis exhilaravit.

10. Augusti. ♂ Berna discessi, veni Muratum, ibi pastorem Germanicae Ecclesiae salutavi ex Wolph. Musculo. Extra illud oppidum versus Genevam ad lacum in Sacello quodam ossibus completo haec leguntur:

Caroli inclyti et fortissimi Burgundiae Ducis exercitus Muratum obsidens ab Helvetijs caesus hoc sui monumentum reliquit anno MCCCCLXX VII. †.

11. Augusti. ♀ Peterlinga Meldunum.

12. †. Lausannam, ubi Rector Gymnasij Dominus Bucanus ex fisco Scholae mihi tres florenos gallicos donavit, hinc eodem die Morgias veni.

13. Augusti. ♀ ingressus sum Genevam, sequenti die ingressus auditorium philosophicum Pacium logicam profitentem audiui, finita lectione eum salutavi: qui me recta duxit ad aedes Venerabilis domini Bezae, qui nos ambos Deus bone quam laete excepit: positus subsellijs Pacium ad dextram me vero plane ex adverso sibi sedere jussit, quo commodius eum contemplari possem: et ubi perorassem inter alia pia sua verba haec protulit: Utinam non minuatur praesentia famam. Postea recensuit multa de Argentinensi

Marbachio, Pappo, Sturmio et alijs, et narravit jucundam historiam de principe in Chales (quae tunc capta dicebatur ab Anglis et Hispanis adempta ut Pacius dicebat) olim cum Anglis gestam.

Eodem die 14. ♯ Augusti scripsit in meum litrum, ex Augustino de verbis Apostoli, pulchram sententiam de libero arbitrio. Anno aetatis suae 78.

15. Augusti. ☉ eum concionantem audivi, sed non intellexi.

16. Incidi ibidem in Petrum Felkmanum Coronensem et Joannem Bistricienssem ex Anglica et Gallica peregrinatione eo delapsos, quos recta duxi ad Dominum Bezam, ab eoque meum libellum repetivi, qui nobis bonum vinum propinavit et candidum panem pornexit, et multa recensendo, magnorum virorum effigies nobis monstravit: inter quas Calvini verissimam imaginem cum ostenderet lacrimans prorupit in haec verba: Ille me progenuit in Christo etc.

22. ♯ exivi Geneva cum popularibus comitante nos Lifartio Jurista legato civitatis: 23. ☉ redii Lausannam.

24. Bernam, 26. Augusti Berna veni gen Höchstet pagum Bernensium ubi Wolphgang. Musculus Junior minister Ecclesiae, qui me laete excepit patrisque sui et avi multa scripta et collectanea ostendit, et multorum expressimas imagines, patris, avi et Erasmi: postero die jentaculum lautissimum mihi exhibuit et duo sudario donando me dimisit. Hinc Lucernam sum profectus.

18. Augusti. Unde quum familia Illustris Domini Alphonsi Regis Hispaniarum legato mediolanensi in Italiam iter suscepi: qui me inter suos liberaliter sustentavit suis sump-tibus, naulum quoque pro me ubique expendendo, quocum felici itinere per Curiam, Clavennam, Comum usque perveni.

13. 7-bris. juxta Novum Stilum Comi reperi duos Ungaros captivos, cum quibus eodem die iter Romam versus sum agressus.

14. 7-bris, venimus Mediolanum, ibidem pro captivis duos supplices libellos exaravi: unum Cardinali, qui statim dimidium Taleri Philipp. dedit: alterum Duci, qui nos fere per quadriduum suspēdit, et tum prorsus nihil

dedit, cum saepe eum palam monuimus, et alloquutus ego ipse, o gentem Hispanicam.

19 7-bris Mediolano exivi, veni Paviam, Laudam.

20 Platentiam.

21 Parmam.

22 ☉ Regium.

23 ☉. Mutinam. Bononiam.

24 Immola.

25 Fertinum.

26 ♯, Ariminum.

27 ♀ Pisaurum.

28 ♯ per Anximum, Lauretum, ubi sequenti die ☉ magnificum Divae Mariae Lauretanae templum sum ingressus, ubi ingentem multitudinem idololatriae et religionis ergo peregrinantium vidi. In medio magni templi existit casa, marmoreo lapide circumdata, in qua Divae Mariae imago à Luca Evangelista sculpta plurima edit miracula. In hujus case pariete ad orientem, haec leguntur:

Christiane hospes qui pietatis vōtivae causa huc venisti, Sacram Lauretanam domum vides, divinis mysterijs et miraculorum gloria toto orbe terrarum venerabilem. Hic sanctissima Dei genitrix Maria in lucem edita; hic ab Angelo salutata; Hic aeternum Dei verbum caro factum est.

Hanc Angeli primum è Palestina in Illyricum advexere, ad Tersactum oppidum anno salutis M.CC.XCI. Nicolao III. Summo Pontifice. Triennio post, initio pontificatus Bonifacij Octavi, in Picenum translata prope Retinetum urbem, hujus collis nemore, eadem Angelorum opera collocata est.

Vbi loco intra anni spacium ter commutato hic postremo sedem divinitus fixit. Anno ab hinc CCC. Ex eo tempore tam stupendae rei novitate vicinis populis in admirationem commotis, tum deinceps miraculorum fama longe lateque propagata, Sancta haec domus magnam apud omnes gentes venerationem habuit: cuius parietes nullis fundamentis subnixi, post tot seculorum aetates, integri stabilesque permanent. Clemens papa VIII. illam marmoreo ornatu circum quoque convestivit Anno Dni 1525. Clemens VIII. Pontifex Max. brevem admirandae translationis historiam in hoc lapide inscribi jussit An. 1595. Antonius Maria Gallus Sac.

Rom. Ecc. Presbyter Card. et Episc. Auximi Sanctae Domus Protector faciendum curavit.

Tu pie hospes Reginam Angelorum, matrem gratiarum hic religiose venerare, ut eius meritis et precibus à dulcissimo filio vitae authore peccatorum veniam, et corporis salutem, et aeterna gaudia consequaris.

Supra Januam Septemtrionalem:

Nullus in orbe locus praelucet Sanctior isto:

Quaque cadit Titan, quaque aesurgit aquis.

Ad alteram Januam.

Illosus timeat quicumque intrare sacellum

In terris nullum Sanctius orbis habet.

Ad meridiem primae Januae.

Sactior haec aedes quidni sit principe Petro,

Verbum ubi conceptum, nataque Virgo parens.

qui cum armis ingrediuntur, sunt excommunicati.

Ad alteram Januam de la Messa Casa.

Habentur pro excommunicatis, quicumque absque venia legitime impetrata S. Domus protectoris ingrediuntur.

Eodem die 29 ☉ sumpto prandio in Aula Gubernatoris bene saturatus cibo et vino, postea in foro uvis, ficibus, pomis aurantijs completus exeo, et ob gulam iram Dei experior: nam appropinquantem me portae urbis Retineti ex arbore quadam juxta portam Vespae invadunt; quatuor morsus in capite meo relinquunt; in cervice in vertice, in aure, et in supercilio, postea moestus urbem ingredior, et in vestibulo cuiusdam domus decubui super scamno, sed neque hic multum quiescere potui, quia ecce juvenes civitatis e campis iaculatorijs magna cum pompa vexillis tympanis sclopetis et ingenti strepitu urbem ingrediuntur. Cum isto spectaculo dolor aliquantum remisisset pharmacopolum ingredior pro remedio, pharmacopolae me inungunt fusco aliquo et crasso unguento, quod postea in nigrum conversum est, quod Tolenti expertus sum, cum in nudinis homines me ita intuerentur praeter morem Italarum: ubi empto speculo me abluo: 30 7-bris. ☉.

1. Octobris. Pulverinum.

2. 8-bris. Spoletum.

3. per Ternam, ultra perrexi in quadam Storia pernoctavi.

4. Primam portam.

5. ♀ 8-bris ingressus sum Romam in hospitio S. Trinitatis exceptus.

6. † Fui conviva Summi Pontificis Clementis VIII. in Palatio ad montem Caballi.

9. 8-bris. ♂ una cum popularibus ad sanctum Apollinarem habitantibus visitavi 7 Ecclesias, cum multis aliis his propinquis, in quibus plurimae fuerunt reliquiae et indulgentiae. Per 8 dies sum commoratus Romae, in Ecclesia hospitali Sancti Stephani regis Hungarorum juxta Basilicam Divi Petri in Vaticano.

12. 8-bris Roma exivi.

18. 8-bris Anconam veni, Navim Venetam ibi conscendi, per mare Hadriaticum Venetias petiturus. Vento adverso pulsus sum Pisaurum ad portum, ibi diu secundum ventum expectavimus, ego pertaesus morae pedes iter aggredior nautas desero.

21. 8-bris Ariminum veni.

Cerviam.

Ravennam.

Lugam, Argentam.

25. Ferrariam Francolinum.

26. Rhodigium, ubi tunc frequentes nundinae erant.

27. Paduam.

28. Venetias. Hic per 3duum commoratus, enavigo in portum Margerae. Hinc pergo Castel frank, Keysersgrenz.

1. Novemb. juxta novum, Tridentum veni.

4. Novemb. Maron in Tyroli regione.

5. ♂ Mals 7. Kyrchen.

6. Landek, Marienberg, Nadelberg.

Pluges, Nentzig, Feldkyrch.

Rinek, Roschig, Arbort.

11. 9-bris ☽ Constantiam.

Schaffhausen.

Reinfeld.

15. Basileam revertor.

In hac mea 18 septimanarum peregrinatione exoptui 12 Coronatos Aureos Gallicos; 2 ducatos Vngaros, 2 taleros Philippicos, quos maxima ex parte ab Argentinensibus accepi, partim libris divenditis comparavi. Huc accesserunt honoraria piorum D. Helvetiorum; Basileae a Dn. Grijnaeo et Amando Polano 24. bacz, Tiguri a Dn. M. 3 taleros. Lausannae a Dn. Bucano rectore 3 flor. Gallicos; Schaffhausen 12 baz accepi.

21. Novemb. vel 11. juxta Novum Calendarium redeo Argentinam hora 3. 2, in festo Martini.

16. Novemb. Argentina discessi, visitavi ministros in Ducatu Bipontino.

29. Novemb. veni Heidelbergam 7 sequenti die ☉ interfui funeri Dni Jacobi Kimendoncij. In isto calamitoso tempore peste saeviente, dispersis studiosis, a misericordissimis professoribus receptus eram in locum multorum absentium in domum Casimiranam 3 die Decembris. (Scis Dne Deus, quam calami tota mihi haec hyems fuerit.)
(Folytatása következik.)

I. RÁKÓCZY GYÖRGY NEJÉNEK Lorántfy Zsuzsánnának

LEVELEZÉSE.

1646—1648 között.

Közl: Szilágyi Sándor.

IX.

1646. Jul. 8.

Susanna Loránthfi dei gratia principissa Transylvaniae, partium regni Hungariae domina et siculorum comitissa.

Generose fidelis nobis grate salutem et gratiam nostram. Rákóczy György fiunk mit irjon az gyermek felől, im az levelét levelünkben includálván, kegyelmedhez küldettük, az melyből kegyelmed jobban is eszében veheti, micsoda nyavalyája legyen az gyermeknek. Azért kegyelmed irjon Máriási Ferencz uramnak, ő kegyelme tudokozzék ott az tájban valamelyik tudós doctornál, hogy micsoda nyavalyának mondja lenni, de nem kell megmondani, hogy az gyermeknek volna szükséges, Máriási uramnak kegyelmed megírhatja, de ő kegyelme az dolgot voltaképen ne publicálja, csak olyan szerő gyermekhez képest hasonlitsa. Cui in reliquo gratiose propensae manemus.

Datum in arce nostra Szathmár die 8. Julii Anno 1646.

SUSANNA LORÁNTFI M. SUA.

Kivül: 10. Julii Anno 1646. in S. Patak, 8 óraker reggel.

Külczim: Generoso Thomae Debreczeni de Király-Darócza, universorum bonorum nostrorum in Hungaria praefecto etc. fidelis nobis grato.

(A névaláírás Lorántfi Zsuzsánna saját kezével.)
(A magy. kir. kamarai levéltárból.)

X.

1646. Jul. 9.

Életemig való alázatos szolgálatomat ajánlom nagyságodnak stb.

Kegyelmes asszonyom, Szatmárt 5. julii nekem iratott nagyságod levelét ma reggel adá meg Klobucziczki uram, melyben minemő dolgokról parancsol kegyelmesen nagyságod, alázatosan értém. Az lovakkal, szekerekkel annyi bajom vagyom, többel is ezeknél nem volt annyi az időtől fogva, miulta itt vannak, kerékgyártókkal, kovácsccsal nem csináltathattam semmit eddig itt való munkát, csak szekereket csinálják, vasazzák, lovaikat patkolják, de szintén most immár hasznokat kell vennem, mig az béresek megjönnek Pocsajból az fenyő szálak viteléből, melyek ha megérkeznek, helyben hagyván őket itt, magam is Tokajban, Szerencsre, Ónodra tekintvén, Lucznál által Pocsajt is megtekinteni elmegyek. Az kispataki csürös kertnek egy része ez héten megleszen vala, ha az béresek Pocsajban nem kell vala küldene, megérkeztvén gondom leszen az kertnek megkészítésére és asztagok oda rakására, az majorházak is megcsinálására s az barom akloknak is, mivel az sem lehet messze az háztól; ha mit jól nem csináltathatok benne, isten ide hozván nagyságodat, el kell bontani, meglátom, ha valami gyümölcsös kert is eshetik közel hozzája. Köz londis itt elég vagyom, fajlondis is, ha kelletik, mennyi és micsoda színő, és ha ugyan jó-e vagy fél részént való, irassa meg nagyságod, mert majd előjő az sokadalom, ugy vagyom kegyelmes asszonyom, akkor nagyságod Munkácsban levén, csak onnét kellene beküldeni és az mi kellene, vásároltatván oda vitetni. György deák ide még semmi kőmivest nem küldött, nem bálnám, ha most küldene, de talám ott is dolgozhatnak.

Az aranyas szekeret is elküldöm, de még lovasokat kell hozatnom, mert nem jó

azt az szekeret lovas nélkül hordozni, volna azért Szakmár várához tartozó kétszáz lovasa nagyságtoknak ott, mezei katona is Csomaközi uram kapitánysága alatt 200, kiknek innét fizettetek, de nem látom, mind ennyi idő alatt is ide jött volna benne, az itt valókat szintén kifárasztottam nyavalyásokat.

Klobucziczi uram memorialéját is elvöttem, az mi lehet, el nem mulatom, azi dőtthiában el nem bocsátom, az mire penig nem érkezhem az erővel vagy értékkel, arról nem tehetek. Egyéb dolgokról tegnap is irtam nagyságnak alázatosan. Idő itt is jó jár az takarodásra.

Az ide való fő borokat nem jó oly gyakorta tölteni, mint az erdélyi savanyu borokat, jóllehet itt is az olyant úgy töltik, de az fő borokat, se magamét, sem az uramét eddig én nem töltettem gyakran, hanem az bor állapotása után pecsét alá tétettem mind, s egy kántor telte után töltötték s meg lepecsételték; ha én nem jól cselekedtem, nincsen ellenem, ha minden héten töltik is. Az borok eladása akkor lehet kegyelmes asszonyom, mikor veszik, az elmúlt héten adék ó borokat el másfél száz hordóval, reméleném, az tavalyi borokban is nem sokára vagy ötszáz hordóval elvisznek, hallom, némely uraim azon busulnak, én nem adom el az borokat, mert eddig elhordták volna; nem adhattam vesztegetésképen el, de miulta itt vagyok, elkölt az bor itt; azután én örömet akar udvarbírákra, akar kulcsárookra oda bizom, csak adják el, bizonyosságom az ur istén, magamnak hasznót nem kerestem benne, hanem nagyságtoknak; én magam is inkább javallanám, mikor az borokat én mindenfelől beszolgáltatom szüret után, lenne oly egy vagy két ember, az kinek adnám kezekhez az fő borokat, s viselne az gondot reájok, talám hamarébb és jobb áron is eladhatná, mint-hogy több kupez ismerője is lehetne. Az ide való udvarbíró az lenne jobb, az melyiket itt megtelepithetné ember, egyik egy esztendeig viselné, az másik addig számadását végezné, és megint az állana be számadása után, de nehéz feltalálni az jó számadó udvarbíró, az melyiket nagyságnak jobbnak itélné, bár az jönne ide, Pocsajt keveseblél is beérnék, noha ott is jó volna az jó, de csak egy lovászt is nehéz most találni, meg

egy jó kocsis, nemhogy gondviselőt, noha egyikét is nem ismerem, de az mint hallogatom, az szamosujvári számtartó jövendőre nézve jobb lenne, mert Pataknak ugyan jó udvarbíró kellene. Ezek után stb. Datum in S. Patak, 9. julii, Anno 1646. 8 órakor reggel.

Nagyságnak alázatos szolgálója, mig él
DEBRECZENI THAMÁS.

Külczim: Illustrissimae ac Celsissimae Principissae Dominae Dominae Susannae Loránttfi stb.

Szatthmár.

(A levél Debreczeni T. írása.)
(Eredetije a m. k. kamarai levéltárban.)

XI.

1646. Jul. 15.

Életemig való alázatos szolgálatomat ajánlom nagyságnak stb.

Kegyelmes asszonyom, Szinyér-Váralján 12. julii nekem iratott nagyságnak levelét tegnap vöttem az czimeres postától 8 óra tájban reggel, olykor, mikor már megindultam vala az rekeszre, akarván megpróbálni, ha csak az árviz lehetett-e oka, hogy nagyságnak ott létében halat nem fogathattunk, mert most elég kicsiny az viz; minemő dolgokról parancsol kegyelmesen nagyságnak levelében, alázatosan értettem.

Pocsaji épöletekre jobb fákat szerettem volna küldeni, de az minemők voltanak, csak olyanokat küldhettem.

Ujkeresztyén ácsok oda innét nem mehetnek cserép alá állatni az szarufákat, mert ezek magok is most épölnek és ha azt elhagynák, az magoké elmaradna ez esztendőben is; vincziek jobb épséggel levén, ha ujkeresztyén ácsnak jobb megcsinálni, onnét vihetnek, de itt az cserép alá az szász ácsok csinálták mind; kőmivesek ide immár most mintegy két hét alatt nem kellene, mert két hétig az aratásra fordítok mindeneiket, s apró mivest sem pénzért, sem jobbágyból nem állathatok, az buza is hadd takarodjék zsengejében.

— — — — —
Datum in S. Patak, die 15. julii, reggel.
Anno 1646.

Nagyságnak alázatos szolgálója, mig él
DEBRECZENI THAMÁS.

Az rekeszen most sem fogatéék semmi halat, noha elég kicsiny az víz, ugyan nincsen az hal.

Külczim: Illustrissimae ac Celsissimae Principissae Dominae Dominae Susannae Loránttfi stb.

(A levél Debreczeni írása.)

(Eredetije a m. k. kamarai levéltárban.)

XII.

1646. Sept. 11.

Kegyelmes asszonyom.

Árva szolgálatom ajánlása után kívánok istentől nagyságodnak mint kegyelmes asszonyomnak minden jókat.

Az nagyságod commissióját az szöllő felől oda küldöttem volt Debreczeny Thamás uramnak, hogy az nagyságod kegyelmes parancsolatja szerént most mindjárt becsültetne ő kegyelme oly szöllőt, mely annyit érne mennyit Sztáncz nevű falum, és én is annak mindjárt hasznát vehetném. Ő kegyelme azt feleli praefectusomnak, hogy most abban semmi módom nincsen, mert immár az szüret közel levén, jó akaratjából senki böesre szőlőjét nem bocsátja, erővel pedig valakitől elvenni országunk törvénye ellen vagyon, mely az szöllők becsültetésire Sz. Gergely napját rendelte. Azzal ajánlja azért ő kegyelme magát, hogy az szüret után valahol kívánom, kész ő kegyelme az szöllőt megbecsültetni s kezemhez eresztetni. De kegyelmes asszonyom, én erre semmi uton nem mehetek, mivel nyilván való injuriam és károm lenne szegény árváimmal. Ő kegyelme a megnevezett falumat immár régen birja és proventusát beszédte, az közönséges igazság azért azt kívánja, hogy ha cserének kell lenni, nekem is oly igazságot adjanak kezemhez, melynek hasonló hasznát és proventusát vehessem mindjárt avagy másképen legyen illendő contentatióm. Nekem kegyelmes asszonyom nem volna most annyi szükségem a szöllőre mint a falura, melyet az nagyságod kegyelmességére s jó akaratjára hagyok, alázatosan kérvén nagyságodat mint kegyelmes asszonyomat, megtekintvén mind az közönséges igazságot, mind az én árva keseredett állapotomat, ez iránt károssá ne hagyjon nagyságod. Így várhatja nagyságod mind magára, mind szerelmes

maradékira istennek atyai áldását, ha az árvákhoz és özvegyekhez anyai kegyességét megmutatja. Nagyságodtól mint kegyelmes asszonyomtól választ várok és nagyságodat istennek kegyes gondviselésében ajánlom.

Datum ex curia Homonnensi, die 11. septembris, anno 1646.

Nagyságodnak alázatos árva szolgálója

JAKUSITH ANNA m. p.

Kivül: 1646. 11. septembris G. Homonnai Jánosné assz. ő nagysága levele Stancz nevű faluról.

Külczim: Illustrissimae principissae ac dominae dominae Susannae Lorántffy, dei gratia principis Transylvaniae senioris etc. conthorali etc. dominae dominae gratiosissimae.

(A névalírás saját kezű.)

(Eredetije a m. kir. kamarai levéltárban.)

XIII.

1646. Oct. 25.

Illustrissima et celsissima principissa, domina domina clementissima. Fidelium et humillimorum servitiorum meorum in gratiam illustrissimae celsitudinis vestrae perpetuam semper oblationem.

Kegyelmes asszonyom, Mednyánszky uram megadá az nagyságod méltóságos levelit, melyben minemű dolgokról parancsoljon kegyelmesen nagyságod, alázatosan megérttettem; ha visszatér az ifju legény, fog irni az atyja az öreg embernek, de talám nagyobbra terjeszkedik az a familia, ott ha nem lenne foganatos az törekedés, elhittem, nagyságod fejedelmi kegyelmessége szerint másutt is fog viselni gondot felőle, jó szolgálta nevedik belőle jövendőben.

Forgáchné asszonyomhoz én elmentem volt, s mind az gombok felől s mind pedig ajjatos asszony számára való arany-láncz, ahhoz tartozó több eszközök felől beszélgettem ő nagyságával. A mi az gombokat illeti, azok nem készek, nem is kezd hozzá a jubiléer mindaddig, valamig fele árát meg nem adjuk neki; az ára pedig hatszáz egynehány tallér. Az mi pedig az arany lánczot illeti, kiment volt ő nagysága maga az jubiléerek közé, s az mineműt alkalmasbnak ítelt ő nagysága, kiválasztván, az szállásomra küldte volt. Egyik gyémántos, az másik pe-

dig rubintos, az gyémántos lánczot nyakba-
vetőivel, kézrevalójával és függőivel 2140
talléron tartják, az rubintost pedig 2620 fo-
rinton. Immár nagyságod kegyelmessége mi-
képen gondolkodik felőle, melyiket akarja
inkább; az gyémántos szebb, de árához képest
az rubintos is meglehet, javolja maga is For-
gáchné asszonyom, csakhogy látoul ide nem
adja az jubiler, eléggé kértük. Itt igen letették
az nagyasszonyok az köves lánczokat, tiszta
arany avagy gyöngy lánczokat viselnek inkább.

Az vasrostákat itt csinálják, minthogy
pedig szintén 21 darabból fognak állani, 70
forintban alkudtam meg tőlek, másképen nem
akarta csinálni; előpénzt adtam neki 10 frtot,
e héten talám készek lesznek. Talám Kassán
is meg tudták volna csinálni. Itt e világon
minden drága, s az alávittele is bajos, de ha
eljönnek vasládáért, melyet urunk számára
csináltatok, elvihetik az rostákat is akkor,
talám deszka ládában. A fáját megcsinálhat-
ják az uj-keresztinek is. Az selymet Bécs-
ben vétetem meg s Mednianszkitül küldöm
alá. Királyszin korona rását is kerestetek s
alá küldöm a próbáját, most nem lehetett,
mert sietséggel köllött visszamenni Ugron
uramnak. Éltesse az ur isten nagyságodat
sokáig jó egészségben.

Posonban 25. octobris Anno 1646.

Illustrissimae celsitudinis vestrae
fidelis et humillimus servus
A. KLOBUSOCZKI.

P. S. Vásárlásra való pénz nálam nin-
csen, sőt azt sem tudom, miképen érjük meg
költéssel; 3000 forintot hoztam fel, immár
több két hónapjánál, miolta itt vagyunk, sok
megyen ki, mert minden drága, Borsód vár-
megyei követeket is abbúl kell tartanom,
mert azoknak költségét magára vállalta urunk.
Nem tudjuk pedig, meddig leszünk itt, félek
rajta, haszontalan lesz itt való költségünk,
az mint az állapotokat látom. Csak az egy
isten tudja, mennyi sok epekedésünk, vesze-
kedésünk vagyon.

Külczim: Illustrissimae ac celsissimae
principissae dominae dominae Susannae Lor-
ántffy, dei gratia principissae Transylvaniae,

partium regni Hungariae dominae et siculo-
rum comitissae etc. dominae dominae mihi
clementissimae.

Kivül: 1646. mense octobri Klo-
busiczki uram levele arany láncz
és egyéb vásárlásról.

§ (Az egész levél Klobusoczki saját írása.)
(Eredetije a magy. kir. kamarái levéltárban.)

XIV.

1646. Nov. 4.

Kegyelmes asszonyom.

Hűséges szolgálatomnak alázatos voltát
ajánlom nagyságodnak mint kegyelmes asz-
szonyomnak.

Az ur isten kívánsága szerint való lölki
testi sok jókkal áldja meg nagyságodat ked-
vesivel egyetemben nagy boldogul.

Az nagyságod méltóságos levelét nagy
becsülettel vettem, kibül az nagyságod fiam-
hoz, nagyságtoknak szegény szolgálójához, nagy
kegyelmességit alázatos engedelmességgel
értettem; a mellett Klobuchiczky uram is ő
kegyelme megmutatá az nagyságod arrúl lett
írását ő kegyelmének, hogy én magam is az
öreg embernek praefectus uramnak ő kegyel-
mének azon dologrúl irnék, én azért minde-
nekben akarván magamot alkalmaztatni az
nagyságod parancsolatjához, becsületesen ő
kegyelmét praefectus uramot azon dologrúl
levelem által ugyan most megtaláltam, kit
ugyan az fiam által küldtem meg ő kegyel-
mének, az istentül és az nagyságtok kegyel-
mességétül várván mindeneket. Az ur isten
éltesse és tartsa meg nagyságodat sok esz-
tendeig kedves jó egészségben.

Poson, die 4. Novembris 1646.

Nagyságodnak alázatos hive és
szegény szolgálója
MEDNANSZKI JÓNÁS.

Külczim: Illustrissimae ac celsissi-
mae principissae dominae dominae Susannae
Lorántffy, Transylvaniae principissae, partium
regni Hungariae dominae et siculorum comitis-
sae etc. dominae dominae mihi clementissimae.

(Az egész levél Mednyánszki J. saját írása.)
(Eredetije a m. kir. kam. levéltárban.)